ſicut cętera aĩalia.¶ Simili modo & maius malũ malorũ ſimili morte circũſpecta, a qua impoſſibile eſt euadere, erit minus malũ malo mortis abſq3 dubio, & ꝑpter hoc erit modica mutatio facta ab hoc malo, qa in inferiori gradu eſt ꝙ malũ cuius priuatio aduentus eſt impoſſibile. Merito namq3 philoſophi appellauerũt bona huius ſęculi & huius mala bona et mala fantaſtica. Plura eteñ ſuorũ bonorũ imaginat̃ homo bona eſſe, quę qdẽ in veritate mala ſunt. Similiter et plura mala malorũ ſuorũ extimat eſſe mala, quę quidẽ bona ſunt. Pluries em̃ cõgregabit quis diuitias multas et perueniet ad dignitates et imperiũ magnũ quod erit ſui corporis perditiõis cauſa, ac eius anię deteſtatiõis in eo, ꝙ turpes acquirit mores, et dierũ abbreuiationẽ et ꝓlongat̃ a deo excelſo, cum quo cõiungit eſſe bonũ optimũ et ſempiternũ. Et multotiẽs depauperat̃ diues ab eius diuitijs et deponit̃ rex a regno, qđ qdẽ erit cauſa rectificationis ſui corporis et perficiẽdi ſui aniam rectis moribus et nobilibus et ſuorũ dierũ ꝓlongatiõis et eius acceſſus, et adherere ad deũ, qđ eſt ęternũ bonũ. ¶ Dicit aũt ſeruus, qm̃ ſiue ꝓlonget̃ vita ſiue detruncet̃ ſic eſt opinio medicorũ et philoſophorũ et aliquorũ ſub antiqs legibus viuentium ſaracenorũ vniuerſaliter, vt plurimũ qđ vulgus exiſtimat vt bonũ eſt malum in veritate, & quod exiſtimat malum eſt bonum in veritate Non autem huius intentionis tractatus eſt harum rerum veritates determinare et ipſarum modos dicere, quia iam ſuper hoc compilati ſunt libri multi in om̃i tẽpore et in om̃i gente ſapiẽti, q ſtudet in ſcientijs. Sed ſignificauit ſeruus per hanc ſignificatiõnẽ debere exercitari circa vſum animi, vt modicũ recipiat paſſionis, ſtudẽs in illis libris moralibus et legũ doctrinis et optimis iudicijs atq3 rõnibus, quas intelligentes determinauerũt, donec fortificet̃ aĩa et intelligat et cognoſcat verũ eſſe verũ, et falſum eſſe falſum, et minuat̃ paſſio in aĩa ſua, et ſic eius paſſio et intelligẽtia priuata ſit a malo et recedat ſolicitudo eius et ſocietatis ꝓlongatio, et dilatet̃ anima eius ipſa exiſtẽte, in quauis natura. Et hic erit locus bonę cõſideratiõis per quã erũt diminutę malę cogitationes ſuſpiria et triſtitię, et etiã poſſibile eſt tolli totaliter cum poſuerit hanc cõſiderationẽ verſus oculũ eius intellectus, qm̃ in qcunq3 re cogitauerit homo et doluerit cũ ipſa cogitatiõe et ei adueniet triſtitia et ſuſpiriũ, impoſſibile eſt hic eſſe niſi vnũ de duob⁹, vel ſcilicet cogitare in re pręterita quẽadmodũ cogitaret de eo, qđ pręterijt pecunię amiſſionis vel mortis alicuius hoĩs. ꝑpter quẽ dolet et triſtat̃, vel cogitare de reb⁹ futuris aduenire et ex timore cõtingẽre ei in re, in q̃ cogitat exiſtimat incidere in aliqđ damnũ. Sed notũ eſt cũ intellectuali cogitatiõe ꝙ cogitare in eo, qđ pręterijt nullo modo ꝓficuũ eſt, immo triſtari et dolere de his, q̃ pręterierunt eſt de operatiõibus inſipientiũ, neq3 em̃ differt aliquem triſtari alicuius pecunię perditiõe, et huic ſimilit̃ ante triſtari eſſe hominẽ et non eſſe angelũ vel ſtellam et ſimiles cogitatiões rerũ im-

possibiliū. Cogitatio vero in his quę inducunt actionē aīę, et pati tędium in re contingente in futuro similiter relinquere debet cū hac cōsideratione videlicet qcqd homo timet aduenire sibi est de natura rerū possibiliū quia possibile est esse, & possibile est non esse. Et sicut ipse dolet & cōtristat̄ ne forte cōtingat quod timet, sic debet suam animā dilatare confidendo in dño, & cum hoc possibile erit contrariū eius qd̄ timuit. Nam ꝙ timuit aduenire sibi, & eius contrariū possibilium sunt ambo. Hoc est ꝙ visum est a seruo esse necessariū in hoc capitulo. &c̄.

Capitulū generale conueniens et vtile sanis & ægris omnibus temporibus & omnibus locis. Tractatus, IIII.



Rimū ꝙ oportet considerari est rectificatio aeris, deinde pręparatio aquarū. Prima vero pręparatio amborū. Nam horū principiū & maior pars materię, quā medici appellāt spiritus, qui sunt vapores subtiles in corpore humano reperti, & cęteris aīalibus est ab aere extrinseco attracto. Vapores cum sanguine existētes in epate, & venis ex eo pcedentibus dicunt̄ spiritus naturales. Vapores vero sanguinis existētes in corde & arterijs dicunt̄ spiritus vitales. Vapor aūt qui existit in ventriculo cerebri, & q transmittit̄ ex eo p cōcauitates neruorū dicit̄ spiritus aīalis. Sed ipsorū principiū & maior pars materię est ab aere extra, vel ab extra attracto, & cū fuerit aer putridus vel frigidus seu abominabilis mutant̄ huius spiritus oēs, & sequet̄ eorū cōditio econtrario eius, qd̄ oportet. Inquit Gal. intelligo substantiā aeris attracti ab homine cū spiratione esse in fine tēperamēti, & puritatis ab omni re, quę ipsum coinquinat & deturpet. Inquit auctor, & q̄ntūcunq; spiritus subtilior erit, & eius immutatione mutabit̄ cōditio aīalis & vitalis magis q̄ naturalis Ergo cū fuerit mutatus aer parua mutatione mutabit̄ conditio aīalis mutatione, quę percipi potest. Et ideo inuenimus aliquos percipiētes defectionē opationū animaliū apud aeris corruptionē. s. accidere ei pmixtionē intellectus, & breuitatē intelligētię, & defectū memorię, non tñ percipiētes mutationē operationis vitalis & naturalis. ¶ Comparatio aeris ciuitatū aeri camporū & planitierū est sicut cōparatio aquę grossę, & aquę clarę & dulcis. Nam in eo ꝙ ciuitas habet excelsa ędificia, & vias arctas, & maior pars eius, quod resoluitur in ipsa est ex superflui-

tatibus habitatorum & mortuorum suorum, & cadaueribus suarum bestiarum, & ꝙ ex eorum cibis vel cibarijs putrefit, sic ipsius aer fit putridus & turbidus, & redduntur vapores eodem modo consimiles in gradu, nec aliquis vestrum percipit quod in ipsa contingit. Sed cum non habeamus viam ingeniationis resistendi huic, ex quo nutriti sumus in ciuitatibus & consueuimus permanere in ipsis saltem eligatur ex ciuitatibus ciuitas discooperta in circuitu, & maxime a parte aquilonis & orientis, & ciuitates situatę super excelsis montibus paucarum arborum & aquarum. Quod si non poteris habere viam ingeniationis necessarię in parte, videlicet circa hoc.s.a ciuitatibus transferri, habitet tñ in extremitatibus ciuitatis, videlicet in parte septētrionali & oriētali earum. Et sint habitacula domus excelsa in eorū ędificijs, & ampla in habitu, quę a vento ꝑcutiant̄ septētrionali, & sol ingrediat̄ in eam. Sol em̄ dissoluit putredines aeris, & subtiliat ipsum & purificat. Et sit sollicitus ꝓlongare latrinā, in qua secedit a loco cubilis sui, & disponere ipsam quantūcunq; remotius. Et cū hoc toto posse ingeniare in aeris rectificatione & exiccare ipsum cū aromatibus & fumigijs couenietibus secundū aeris mutationē. Hoc est radix in principio regiminis sani corporis aut animę. &c̄. ¶ Licet caueres & custodires te vltimo tuo posse, impossibile tñ est absq; aliquorū paucorū accidentiū innouatiōe in corpe frequenter, quod est quod aliquando natura est leuis, & aliquando parum sicca, & patietur homo mutationem in eius digestione per vnum diem aut ante sentiet parum doloris in capite, vel in alia parte corporis, leuiter tamen & plura his similia. Caue igitur exinde vt non assumas ad curandum ista talia, nec festines sumere medicinas, cum quibus intendit huiusmodi accidentia remouere: Iam iussit dominus medicum non debere hic medicare, quia ipsa natura sufficiens est in talibus, nec indiget iuuamine alicuius medici, sed permaneas in illis cum regimine sano & bono, nam si hæc parua accidentia corporis medicaueris inter duo permanebit.s. vel quod tua operatio erit erronea. & remouens naturam a sua operatione naturali, vel recta & reducens naturam ad suam operationem naturalem, & docebis naturam tuam pigritiam, & reddes ipsam non facientem, ꝙ iam oportet facere nisi cum iuuamine ab extra veniente. Et posuerunt exemplum de bestia, quę non vult ambulare nisi cum fręno, ipsa enim stabit quousq; faciat moueri ipsam homo. ¶ Simili modo & homo cum ipsa natura curatur absq; consuetudine, impossibile est non innouari mutatione aliqua in curando eam, & aliquando durabit illud tribus diebus, vel quinq; absq; dolore & debilitate in ipsa virtute. Quod si cæperis in coadunatione coadunare & constrinxeris ipsam non soluetur cum medicinis, cum natura rediuerit ad eius consuetudinem, & erit causa huius motus naturalis ex motibus naturalibus expulsiuę virtutis, quæ excitata est

ad expellendū qđ debuit expellere, & naturā lenificabit, & cū ipsā con-strinxerit lędet & perdet, alias ꝓhibebit suā operationē cōuenientē, & occultabit id qđ exire paratū erat et inducet languores: Et possibile est vt sit causa illius lenitatis debilitas virtutis retentiuę, & si naturę relinqueret excitaret p se, & eius operatiões naturales. Sed si cōfortat virtus hic ab aliquo alio quantūcūq; fuerit pigra: recipiet vtiq; illud in societatem & cōsuetudinē, donec quātumcūq; pigra fuerit indigebit excitatione ab extra. Patet itaq; manifeste, ꝙ magis cōueniēs est relinqre hęc talia ipsi naturę. Et sic oportet fieri in qlibet accidēte, in q nō est periculum. &c. ¶ Ecce dixit Abimatar alpharabij ꝙ sciētię medicinę & nauigationis, & cultus terrę non est finis, quē cōsequant earū opationes necessario. Nam aliqñ medicus operat qcquid decet operari pfecte, nec cadit error, nec ex parte sui, nec ex parte infirmi, & non sequet inde sanatio, quę qdē est finis, nec natura correspōdebit, agēs em̄ qđ est in nobis non est tm̄ medicina, sed medicina & natura. Natura qdē non respondebit aliqñ propter plures causas, quarū aliquę in hoc tractatu memoratę sunt Similiter & agricola recte operabit qcquid debet operari, non tm̄ ꝓspe rabit illud semen. Simili quoq; & ipse nauta curat nauē meliori cura q poterit, & ędificat ipsam meliori ędificio, qđ possibile est, qđ pergit in mare cōueniēti tpe, in q cōsueuit, & cū hoc toto nauis peribit. Causa vo totius huius est dependētia huius finis ex opatione duorū, quorū vnum operari nitit qđ intēdit p se supiori & digniori mō q potest, alterū vo deficit in eius opatione. ¶ Qñ intellexeris bene totū illud, qđ cōtinet capitulū pcedēs scies ꝙ aliqñ ęgritudo poterit esse leuis & fortificabit natura supra ipsam & incipit remouere ipsam & studet facere oēe qđ debet, & fallit medicus in curatiōe sua & interrumpet exinde naturę operatio, & hoc maxīe cōtingit oībus locis oībusq; tēporibus. Inqt Rasis in quodā capitulorū suorū. Qñ ęgritudo erit manifestior virtute nō iuuat medicina aliquo mō. Qñ vo virtus manifestior fuerit ipsa ęgritudine non egebit medico vllo mō. Qñ vero natura & ęgritudo ęqles fiant tunc indigeret medico ad sustentandū virtutē & iuuandā ipsam posse superare morbū. ¶ Inqt auctor. Ex dicto huius viri in arte sua periti īnotescit, qm̄ exigētia medicū relinquēdi maior est q̄ ipsum reqrendi, cū facta fuerit operatio in oībus ęgritudinibus, & hoc qdē qñ erit medicus laudabilis sciēs, ꝙ debeat naturā sustentare, non aūt qđ percutiat & diuertat eam ab eius cōsuetudine principali. ¶ Multotiēs fallūt medici facientes ęgris eorū medicinas incidēter, & nō moriet exinde ęger, sed euadet. Nam ego vidi quendā cui data fuit laxatiua potio fortis non indigenti, & supuenit ei fluxus sanguīs ex parte inferiori, & cū cōtinuasset aliqbus diebus aduenit ei tenasmon forte nimis, q sanatus est postea. Vidi & aliū patientē repletionē quę dicit cacochimia, cui⁹ copulatio ignorabat, & flōmatus deductus est in piculū mortis, & eius virtus defecit, &

ꝓlongata ei ęgritudine vltimo sanatus est, Non aūt negligēdus est iste vt forsitan putet aliqs. qm̄ error medicorū est paruę lęsiōis dicēs, ꝙ cum peccasset hoc magnū peccatū non exinde cōtingebat mori, multo minus, qn̄ peccauerit medicus in q̄ntitate cibi, vel q̄ntitate subtilis laxatiui, non est sicut sermo res in his causis ꝓcedētibus. Tu em̄ vides ad oculum aliquos detruncatos manibus vel pedibus, aut oculis extractis, vel eis aduenire magnas vulneratiōes in bello in cōcauitate corpis, nec ꝓ tanto moriunt̄, sed viuūt vsq; quo deus voluerit, & videbis aliquē punctū ab aliq̄ subtili acu vel spina, & deueniēte punctura ad arteriā, vel ad neruū spasmabit̄ & moriet̄. Hoc mō ꝓcedit negociū in errore medici, vel quod peccet peccatum magnum, de quo æger euadet. vel quod peccet in modica re, & morietur ęger, hoc totum oportet te intelligere, & omnes q̄hn̄t intelligentiā. ¶ Notū est ꝙ comestio cibi soliti et potus aquę scd̄m cōsuetudinē, et balneari in aq̄ frigida, q cōsueuit illud, et ingredi balneū, hęc oīa putāt aliq nō inducere magnū periculū ipsis ęgris si facta fuerint indebite. Non tn̄ est ita. Gal. em̄ declarauit, ꝙ aliq febricitantiū potauerūt aquā frigidā, q̄ solita fuerat eis, et facti sunt eius humores crudi, et excitatus est ignis eius febris et mortuus est inde. Sunt alij quorū potus aquę frigidę est medicatio in lenificanda eorū natura, et eorū ignē febrilē extinguēdo, et sanati sunt inde, qbus si ꝓhibita fuisset aq̄ vtiq; fuissent mortui. Sic est ꝙ aliqs febricitantiū si rexeris eum cū aq̄ frigida sanat̄ et liberat̄. Aliquos ꝟo interficies. Simulit̄ quoq; introitus balnei mundificat aliq̄ corpa febricitantiū et eorū corpa sanat, in aliqbus vero addit putrefactionē, et febris efficit̄ fraudulēta et moritur. Simili mō et cibi exhibitio erit aliqn̄ causa mortis. Ordīes ꝟo oīm istarū rerū, et cōditiōes qbuscūq; harū opatiōnū quō soluant̄ vel ꝓhibeant̄ iam traditę vel declaratę sunt rōibus. Sed intelligere hoc totū ex libris facile est valde habēti pfectū intellectū, veruntn̄ opari illud in tpe infirmitatis in diuisione difficile est fido sapiēti. Qui vero ignorat radices huius artis, et q opat̄ casualiter, ei nihil videt̄ difficile, nec in eorū cadit opinionē. i. intentionē ꝙ sit repiri ęgritudiuē, q̄ indigeat p̄uisiōe ¶ Inqt Abrasis in quodā suo ca. Medicina est ars vsitata, in q̄ vulgus populi gloriat̄, sed eius nobilitas nimis videt̄ difficilis perito medico. Inquit auctor de hoc qđ posuit Abrasis in illo cap Gal. em̄ impleuit librū suū. Posuit em̄ qn̄ deceptores assumūt in leuē hanc artē, et apud eos modica reputat̄, cū apud Hyp. videat̄ difficilis atq; ꝓlixa. Nec putes q studes in hoc tracta. hoc esse ꝓpriū in arte medicinę. Videbis em̄ cū bene respexeris oēs alias sciētias naturales et mathematicas, aut theologicas sic eas inuenias. s. q̄ntūcunq; aliqs erit magis perfectus in aliq̄ sciētia plus ei videt̄ difficilis et insurgūt apud ipsum dubia, et ꝙ est remotū & ꝓpinquū, et eius allegatiōes et fantasias multiplicāt, et ad ipsius responsum erit celer super eo ꝙ non intelligit. ¶ Et reuertens ad ꝓpositū dico, qm̄

ꝙ dixi esse facilē intelligentiā artis medicinę apud bene intelligētes et difficilē apud eos esse opinionē in ipsa cōsiderauit Gal. ꝙ hoc modo nō dixit, ꝙ tractatus cōueniens est, vt vngat senex cū oleo & fiat ei fricatio leuis, & erit hęc operatio facta cōuenienter rerū difficiliū. ¶ Inquit auctor cōsiderandū est nobis habentibus intellectū cum fricatio & vnctio sint apud Gal. ex rebus difficilis operationis nobis. s. ꝑuenientibus in particularē operationē, & similit potus aquę vel eius ꝓiectio, sicut ꝑ diximus, quō erit hęc res in flōmia & euacuatiōe, cū collognrida & succo cucumeris asinini & ambob⁹ generibus ellebori, & in clisterijs cū castoreo serapino, & oppopanaco, & in cauterio, & incisiōe, & apertione ꝙ qñ oīa huiusmodi apud ꝓbos medicos vere difficilia reputant. Inqt Auenzoar in suo libro noto, nunq̄ administraui medicinā laxatiuā alicui aliter, qn pluribus diebus añ illud meū cor laboraret, & similit post illud. ¶ Negociū hoīs in ipso coitu notū est, qm̄ non est aliqs, q vtatur ipso ex parte regiminis sanitatis, nec ex parte cōseruationis speciei, sed ad delectationē tm̄, & ob hoc exercēt ipsum hoīes totis suis virib⁹ omi tpe, & omi modo. ¶ Sed manifestū est apud sapiētē ꝙ coit⁹ nocet oīb⁹ hoībus ꝑter paucos, quorū cōplexio inducit non offendere eos modicū ipsius. Veruntñ hoīes diuersificant in lęsionis q̄ntitate, nā aliq sunt qb⁹ nocet multū, aliqbus vero parū, sed eius nocumentū in iuuenib⁹ q sunt hūidi modicū est. Offendit aūt senes & cōualescētes ab ęgritudine, et oēs habētes naturā siccā. Vidimus em̄ qnq̄ ex cōualescētibus, q exercuit coitū, & illo die mortuus est, & ex illis fuit, cui accidit sincopis & recidiuauit in febrē, & mortuus est post paucos dies. Vniuersalit igit coitus mortiferus est ęgris & cōualescentibus, & siccis cōplexiōe. Nec qsq̄ debet exercere coitū ante cibi digestionē, nec cū fame, nec cum siti, nec in ebrietate, nec post coitū ire ad balneū, nec post laborē, nec ante sanguīs minutionē, nec post illā ꝑ vnā diē. Et dico ꝙ qcunq̄ cupit sanitatis cōtinuationē non assumat coitū in mente sua, nec recordet ipsius q̄ntum cunq̄ poterit. ¶ Iuuamēta vini multa sunt si sumit, sicut debet, tūc erit causa cōseruatiōis sanitatis, & multarū infirmitatū remotiōis. Verūtñ iam notū est, qm̄ nō oēs hoīes sciūt modū vtēdi ipso, neq̄ attendūt nisi ebrietatē. Ebrietas vero nocet oībus hoībus. Errauit ergo q esse putauit vtilē ebrietatē semel in mense. Ebrietas nāq̄ est plenitudo totius corpis & ꝓprie in cerebro, sed modica q̄ntitas quę iuuat debet sumi postq̄ cibus educit ex stomaco. Adolescētes vero non vtant eo, qm̄ lędit eos valde, corrūpit em̄ eorū cerebra & aīas. ¶ Et dixit Gal. ꝙ non debet gustare de eo iuuenis nisi post ebdomadas. iij. i. xxij. annos. Et q̄ntūcunq̄ accesserit in ętate, tm̄ erit sibi vinū vtile. Senib⁹ aūt erit vinū magis necessariū q̄ cęteris hoībus. ¶ Balneū quoq̄ oportet esse in retētiōe sanitatis, & sanatiōe ęgritudinū. Medici iubēt balneū tpe ęgritudinis scd'm diuersitatē ęgritudinū & ętatū. Et dixerūt ꝙ assiduatio vsus balnei om

ni die putrefacit hũores. Et hoc est verũ dictũ, nã q trahit longã morã su dat nimis, ideo intret & non tardet, sed balneet & egrediat, & os colluat, etiã si sitiat omni die, & maxime senes, et malã habẽtes cõplexionẽ Nec qs ingrediat balneũ anteq̃ cibus educat a stomaco. Sed eius ingressus sit postq̃ stomacus fuerit vacuus cibo, anteq̃ recipiat famẽ, & hoc est vtile oĩbus hoĩbus. Sed postq̃ pcepit famẽ, non est bonũ intrare in ipm nisi q q̃rit esse macilentus. ¶ Et modus vsus eius est, vt cũ intrauerit sudet prĩo, et tergat sudorẽ suũ cũ petia pãni lini mundati, et q̃tũcunq̃ fluxerit sudor tergat ipsum, donec pannus sit madefactus, et tũc mundificet cutẽ, deinde fricet et abluat cũ aq̃ calida, q̃ nõ mordeat corpus. Postea minuat de caliditate aquę paulatim, ita qđ vltimo abluat cũ aq̃ tepida. Qui vero intendit esse macilẽtus vtat aq̃ calida, sicut aquę potus et intret aquã calidã q̃ possit tolerare. Caput vero non oportet lauari nec cũ aq̃ tepida, nec cũ aq̃ frigida tm̃, sed debet lauari cum aq̃ calida valde donec sentiat incendiũ in cuti capitis. Aqua eñ frigida, et si confortet cerebrũ remanebũt eius supfluitates in eo fixę, et infrigidabũt illud, et etiã oẽs neruos, qa in cerebro habẽt ortũ, et exinde fiẽt oẽs motus tardi, et possibile est, q̃ qñq̃ inducat paralesis vel tortura, aut spasmus, et illud oportet cauere ex hoc vltimo nimis. Aqua etiam tepida inducit cerebro frigiditatẽ, et fumos, et mollitiẽ, et debilitat oẽs sensus et mot⁹ corroborat. Dormire vero post exitũ balnei valde est vtile. Inq̃t Gal. non video in digestiõe rei solubilis somno vtilius post exitũ a balneo, sed somnus in balneo pessimus est. Posset enim generare sincopim ex bello inter ipsum somnũ et calorẽ balnei resultantẽ. Nam calor .s. balnei attrahit calorẽ ad exteriora corporis. Somnus vero calorem attrahit ad interiora. Et oportet vt caueat a potu aquę frigidę, cũ exierit a balneo. Iam enim narrauit Gal. q̃ quidã potauerunt aquam frigidã post exitum ex quo renes eorũ infrigidati sunt, et in ęgritudinẽ hydropisim inciderunt, propter hoc est melius expectare et tolerare sitim, donec algeat corpus, et recedat caliditas membrorũ acquisita a balneo, et tunc bibatur aqua. Quod si tunc non poterit tolerare sitim temperet aquam cũ sirupo corticis citri, aut sirupo de mastice, aut sirupo ros. et tunc bibat similiter sirupũ de squinanto ab ordeo facto cum nucleis granatorũ, et zuccharo temperato cum musco et ligno aloe. Quod si expectaret donec recederet a corpore calor balnei, et tunc sumeret hoc .s. sirupum de squinanto, vel aliquem prędictorum siruporum vere melius esset omni homini vtiq̃. &c. ¶ Multotiens incurrunt homines reumata ex eorum ignorantia, in eo quod eis generatur quottidie, vel erit catarrus fluens ad nasum, vel vocis raucedo et tussis, quando fluit in cannam pulmonis. Et ideo bonum est, vt caueat se a reumate in hyeme et ęstate. Et in exitu eius a balneo induat se in balneo anteq̃ exeat, et conseruet caput suũ a forti frigore semper, quod est causa reumatis. Simili? custodiat se

a colore intenso, qa dissoluit et facit fluere superfluitates cōgelatas ī cerebro, et hic erūt reumata a causa calida magis, q̄ a frigida, fluunt aliqñ ad cōcauitatē pulmonis, et occupāt ipsum. i. replēt ipm subito. s. ex multa humiditate descendēte, et debilitāte recipientē, et erit virtus expulsiua debilis non potens illud expellere per tussim, et suffocat inde homo vel seqtur hosoa, qđ est abbreuiatio anhelitꝰ. vt non possit iacere, qñq; fluit ad stomachū, et gñat fluxū intestinorū, quę est egritudo difficilis curationis, qñq; fluit ad aliquā partē iuncturarū. et qñq; ad substātias mēbrorū intrinsecorū, et ī ipsorū cōcauitates, et facit apostema in illo mēbro et sequit pleuresis et peripleumonia et apostema epatis, aut apostema stomaci, vel aliorū mēbrorū, q̄re bonū est cauere a reumate. ¶ Præseruatio a reumate esse poterit in p̄seruādo caput a multa calefactiōe, vł a multa infrigidatiōe, vt iam diximus, et nō vti lacte, aut aliq̄ legumi num, quę oīa sunt inflatiua, et qđ non dormiat post cibū, et maxīe ī nocte, et nō inebriet, qm̄ alterat sensum cito, et debeat confortare cerebrū cū rebus odoriferis scđm cōplexionē et etatē. Et ex ꝓprietatibus in confortatiōe capitis est trituratio gariofilorū in puluerē subtilē, et positio eius ī medio in loco capitis, vbi diuidunt capilli tota hyeme, et inūctio capitis cū oleo de been facto cū sp̄ebus in hyeme cōfortabit ipm valde. In estate cōfortet caput cū aq̄ ros. et aspergat super ipsum parū de mace puluerizata multū bene. ¶ Non cōuenit alicui sumere cibū in quocūq; loco vel tēpore fuerit, q incipit putrefieri, et q̄uis modica putrefactiōe non comedat qđ putrefactū est, vel alteratū est in colore. Nec aliqd ex rebus putrefactis, sicut brodia salitorū & sicut illud qđ dicit cōposita et his similia. nā huiusmodi sunt materia febriū, & q̄si venena Nobiles vero medicorū ꝓhibuerūt comedere ferculū, qđ ꝑmansit nocte vna, & carnes relictę per diē vel ꝑ noctē qñq; declināt ad putrefactionē q̄uis nō appareat manifesta statim. Et nitat dulce comedere toto posse, qm̄ dulce nutrit, sicut dixit Gał. Similit bibat aquā dulcē clarā & frigidā, sed qñ dulcedo supabundauerit in ipso cibo cū eo misceat parū de aceto vel de re acetosa, aut aliqd, qđ in eius sapore manifestā salsedinē, & coadunationē habet, sicut ferculū cū succo agreste vel aceto, vel oliuā, cū exomagaro de ordeo, vł sumat ex citoniis, vel granis odoriferis, ista em̄ fercula et si sint multū delectabilia & pauci nutrimēti, hñt tñ. s. magnā vtilitatē, & prima qdē vtilitas eorū est, qa non sunt abominabilia. Alia qdē sunt q̄ deponūt flegma a stomaco & inducūt appetitū, sicut est decoctio exomagari. Sunt & alia quidē quę resistūt putrefactiōi & mundificant, vt fercula, in qbus est acetū cū aq̄ limonū. Et alia sunt, q̄ cōfortāt stomacū & orificiū eius, sicut est qcquid coqtur cū sumach, & granis granatorū, & cū citoniis, & aq̄ agreste, & his cibariis regat se homo q̄ntūcunq; erit possibile. ¶ Cōsuetudo est magna radix in cōseruatiōe sanitatis & ī curatione egritudinū. Non oportet hominē transire de consuetudinibus

sanitatis semel, aut simul, nec in cibo, nec in potu, nec in coitu, nec in balnei ingressione, nec in motu, sed requiras in his oībus consuetudinē. Et si illa cōsuetudo fuerit extra sanatiuā ordinationē non transferat̄ ex eo ad id, quod ordo requirit nisi gradatim longo tempore, donec perpendat mutationē, nam impossibile est hominē mutare subito cōsuetudinē quin ęgrotet. Æger aūt nō mutet cōsuetudinē, si nō percipiatur ab eo tempore ipsarū ęgritudinū aliquid mutationis consuetudinis & ad bonū. ¶ Iam notū est, ꝙ animaliū quędā sunt carnes, quarū cōplexio cōtrariat̄ valde nutrimento hominis, sicut carnes lupinę & vulpinę, & earum quędā sunt vtiles, vt carnes ouinę. Et sic est ratio ipsorū in vestimēto hominis. Pili namqꝫ et pelles pro vestimēto hominis cōuenientes sunt pelles ouinę, nociuę vero sunt pelles vulpinę, ita posuit vniuersa schola medicorū, quod quidē verū est. Et ideo videt̄ seruo, ꝙ vestimēta huius, quę dicunt̄ arabice dapta sunt mala nimis, sed vestimēta alsebeg laudauerunt medici. Similiter dixerūt, ꝙ vestimēta de pellibus gattorū generāt maciē. Similiter odoratus & flatus eorū, & propter hoc dixerūt distare ab eis, & ab odore flatus eorū, sicut dixerunt esse bonū odorare flatū columbarū & exercitiū earū frequēter in habitaculis, q̄a datur propter hoc fiducia nō deueniri in ęgritudines neruorū, vt in paralisim, torturā oris & spasmū, & tremorē, & ab omnibus his pręseruat conuersatio columbarū, & actio earū, ita tamen quod caueat ab earū stercore, nec ipsum dimittat in domo congregari, quia putrefacit & corrūpit aerē, & propterea comestio pullorū columbarū sanat ęgritudinē neruorū. ¶ Meliores carnes venationis siluestris sunt carnes capriolorū. Lepus vero habet iuuamentū sanitatis experimento, scilicet ꝙ comestio cerebri eius cōfert iuuamentū tremori, & ęgritudinibus iuncturarū. Et pelles similiter leporū calefaciunt vtili calefactione, & cōferunt ęgritudinibus iuncturarum, & maxime senibus. Asinus vero siluester habet magnā ꝓprietatem in mundificatione visus, hoc eīm experimēto verificatū est, ꝙ comestio carniū sui, & inclinatio oculorū super vaporē carnium decoctionis eius dum coquunt̄ confortant visum, & aperiunt opilationes nerui cōcaui & aspicere oculos ipsius frequēter vtile est, mundificat eīm visum & aufert eius fumositatē, & hoc patet experimento. Hoc est totū ꝙ visum est seruum ponere, de his quę oportuna sunt domino nostro Regi, cuius deus excelsus nobilitatē & gloriā conseruet & regnum exaltet.

De causis accidentium apparētium dño et magnifico soldano, & de tp̄ibus apparitiōis eorū. Trac. V.

PErueneruNt ad seruū paruum litterę continentes, ꝙ debeam declarare omnia accidentia illa per capitula, & ostendere ipsorum accidentiū causas & tempora innouationis eorū, & ponere oīa quę attēdit medicus inuestigare, & scribere, quomodo ea primo

dicit seruus errorem esse magnum, quia hoc regimen absolutum est cum habet ipsum flegma victoriam supra complexionem radicalem, non est conueniens aliquo modo, maxime pruna & iuiube, qa hęc debilitāt stomacum & nocent & impediunt digestiones, & quando stomacus debilitatur & humectatur destruuntur tres digestiones, & non valebit hoc regimen nisi ei qui abundat colera nigra, sed non posuit de significatione colerę nigrę: Nos vero quod pręsumpsimus ex prędictis signis est generatio fumorū melancolicorū generatorū ex colera rubea generata ex adustione flegmatis abundantis per tempora. ¶ Qui modo consuluit infusionē reubarbari cum aqua endiuię per diem quādo fuerit intentionis lenificare ventrē conueniens est, & iam quidem narrauit seruus modum lenificationis naturę cum ipso reubarbaro in capitulo tertio suorū tractatuū, qui tractatus sunt in folio domini nostri. ¶ Qui vero consuluit introitum balnei quolibet die tertio, & vti exercitio quolibet die, & q vngatur oleo violato, totum est conueniens, & ad hoc loquetur seruus super hoc capitulo distincte & proprius. ¶ Qui vero consuluit petias cum sandalis epati. Et similiter qui consuluit comedere citrullum et lactucam, & portulacam, & spinachia, & attriplices, hoc totum est error, nam hoc remediū confert habentibus febres inflammatiuas vrentes valde. Et quando accidunt in his qui complexionē habent valde calidam, & in tempore ęstatis. ¶ Et maior error in isto est qui iussit potum lactis, quoniam considerauit humectationē, & dimisit conuersionis facilitatē eius ad quęcunq; humorē inuenit in stomaco, & nō considerauit materiā causę ęgritudinis, quę est flegma adustum. ¶ Et qui signauit sumere secaniabin de citonijs post cibum per vnam horam, cōueniens & vtile remediū dedit bonificat em̄ digestiones, sed adiunctio sua sirupi succi berbene post dum cibus est in stomaco, & etiā si stomacus esset vacuus a cibo non haberet locū in ista ęgritudine. ¶ Ille qui signauit vti sirupo lenificatiuo filij ptholomei, aut alicuius alterius, similiter qui signauit sirupum saltem arabico humati, id est acetose vel salsule, & pomorū, & aquę linguę bouis, & granorū myrthi, & seminis trogen: totum hoc est conueniens, sed adiungere cum hoc psilium: non videtur cōueniēs in hoc loco, non enim video in ipso bonum regimen in hac discrasia & complexione. ¶ Qui vero signauit sumere aquā ordei cum papauere, & semine cori esse mirabile in rectificando somnum, & quasi cum habeat aqua ordei virtutē humectationis, & breuem somnū confortabit ipsum semen cori, & mirabilius hoc est eius qui dixit sumere pruna post aquam ordei, ego quidē non puto secundū istos medicos, q sit aliquod membrorū corporis magis propriū q stomacus: Ille vero qui non curat si debilitetur stomacus vel non debilitetur & si accipiat in ipso impedimentū vel non cum possibile sit eis confiteri nobilitatē stomaci, & multitudinē vtilitatū suarum, qua propter oportet

adhiberi curam circa ipsum continuo, & ideo fecit super ipsum nobilior medicorũ tractatũ. Veruntamen hoc poculum apud illos confortat stomacum, eius digestionẽ bonificat & exiccat eius humiditatẽ, & eius viscositatẽ incidit quę generant̃ ex flegmate quod non desinit generari in ipso quottidie & subtiliat quod grossum est in ipso, & est illud regimen, cuius memoria pręcessit apud eos, ꝙ est aqua ordei cum semine corticis proprius incipiendo post illud cum primo nimis. Redarguit ergo seruus quod redarguendũ est in hoc casu, vt caueat dominus & non indigeat generaliter dicto. ¶ Sumere aũt poma & citonia & sumere grana granatorũ post cibũ cõsulendũ est omnibus hominib⁹ in regimine sanitatis, nec in hoc est additio pertinẽs huic ęgritudini. Quod vero signatum fuit de sumptione pltartimi id est coriandrorũ habet in se naturam ingrossandi vapores & prohibendi eos ascendere, quod quidem verum est. Nihilominus oportet ꝙ sumatur cum medicinis, sicut sunt grana sufufur & huiusmodi, vel coquat̃ cum medicina, Sed sumere coriandrũ solum post cibum, & si non inducat vomitũ, generat pustulas absq; dubio & corrũpit cibum. Sumere aũt semen portulacę cũ zuccaro aliquibus tẽporibus pręterq; cum cibo bonũ est, & etiam si misceretur cum ipso cibo non lęderet in eo, ꝙ regit & confortat cor. ¶ Et signauit dominus noster, quoniã medici signauerunt ei vti mesmes. i. crisomillis, & piris, & citonijs, cum cibo vuis & melonibus & granatis. Et ante hoc non cognouit seruus intentionẽ huius signationis, vtrum fuerit propter necessitatẽ appetitus & consuetudinis sumendi. Et de fructibus, ꝙ quidem conuenit sumere de ipsis ante comestionẽ, ꝙ lenificet naturã, post comestionẽ vero ꝙ constringit & coadunat, sicut sunt pira citonia, & poma, hoc est conueniens. Quod si intendit dicere, ꝙ vsus istorum fructuũ conferat huic discrasię, error est, nam fructus omnes humidi sunt mali & sanis, & ęgris, quando accipiũtur peruia cibi, & maxime melones & mesmes, quę dicuntur bacoch in hispania, omnes sunt mali pro multitudine alterationis ipsorum ad quemcunq; malorũ humorum existentiũ in corpore. Similiter & persica pessima, sunt enim materia malarũ febriũ & fraudulẽtarũ. Et Gal. dixit, ꝙ a die a qua manum abstraxit a comestione fructuũ humidorũ non percepit febrẽ vsq; in finẽ dierum suorũ. & prolongauit sermonẽ suum super hoc per modum corruptionis humorũ, sicut scriptũ est in eius tractatu. Propter qđ necesse est, ꝙ relinquat dominus noster oẽs fructus humidos toto eius posse. ¶ Qui vero consuluit relinquere omnes carnes venationis, & carnes, quę vocant̃ adirer, & melangianas dixit bene, nam omnia hęc vigent in illud, de quo conqueritur dominus ex ipsis accidẽtibus. ¶ Similiter quoq; qui consuluit exercitiũ omni die conuenienter dixit. ¶ Similiter qui prohibuit ipsum accedere ad regiones calidas, dissoluunt eñ in homine vapores, scilicet ascendẽtes ad superficiẽ corpis dum frigidi

& humidi sunt. Vaporibus enim illis ascendentibus, qui resoluuntur ex sanguine grosso & turbido, illæ regiones addunt in grossitudinem & vstionem sanguinis, & eius vapores multiplicant, quando vero perficietur sanitas domini in adiutorio dei poterit moueri, & ire ad quęcunq; eius desideria deus adimpleuerit tam in hoc sęculo quam in futuro.

¶ Non videt seruo, q dñs euacuet corpus eius, cũ lapide lazuli, vel cũ lapide armeno. Nõ cũ lapide lazuli ppt eius vehemẽtiã, cũ lapide vo armeno, q̃a nõ cognoscit, & iã intulit in ipso dubietatẽ nobilis medicorũ & multi alij, ita q non est iste, qui nuncupatur hoc nõie. Eodẽ modo videtur seruo esse conueniens cauere sibi domino ab administratione medicinarum laxatiuarum fortium. Et sit contentus de reubarbaro vel aqua casei, & cima methi, & his similibus, hęc omnia cõuenientia sunt. Nec videtur seruo facere infusionem persicam, nec aquam melonum, in eo quod nocet stomaco, non enim est id, de quo conqueritur dominus noster ex ipsis ęgritudinibus inflammatio, neq; sitis. Nec etiam videtur seruo, quod vtatur multum de nenufare, quia ingrossat sanguinẽ, & debilitat stomacum, hec non sunt bona nisi patientibus febres acutas, sicut narrauit seruus. Nec videtur seruo administratio decoctionis epithimi, quia molestat & exiccat. Quod infundatur epithimum, & ponatur in aqua eius. ℥. i. de aqua casei, & accipiat bis vel ter tempore veris & semel vel bis in hyeme esset bonum, & inter quamlibet vicem sit spatium xv. dierum, & frigetur epithimum cum oleo amigdalarũ, quod ligetur in petia panni lini subtilis & ampli, deinde infundat ipsum per noctem in aqua casei. ¶ Et signauit dominus noster, q quando flebothomatur exibat sanguis grossus quasi splen. Et dixerunt medici super istam flebothomiam, q apparet secundum tempus plenitudo, ex qua sequitur necessario educere & auferre de sanguine secundum id, sed quod oportet considerare superest subtiliare sanguinem & rectificare cõplexionẽ epatis, vt generet bonum sanguinem. Hoc quidem determinauit seruus in precedenti tractatu, quod hoc fiat cum sirupis prędictis. ¶ Qui vero signauit potum sirupi lętificatiua, & electuarium, in quo sint lapides preciosi, vt granata, smaragdi, & argentum & aurum totum hoc bonum est, & vtile valde, quia istę sunt medicinę cordiales iuuatiuę sua proprietate, scilicet forma specifica, quę quidem est tota eorum essentia, idest substantia non simplex qualitas. ¶ Qui vero signauit domino de vsu administrationis linguę bouis & nenufaris, & cum toto hoc non fuit extirpata radix discrasię. Causa huius est frequens vsus. Nam medicinæ conuertuntur in nutrimentum, quando continuo fiunt, quia natura recolligit eas ad se & diligit, propter quod non potest habere manifestam operationem, quia quasi nutrimentum efficitur, vel proprie nutrimentum. Et Gal. quidem dixit, quod huiusmodi debiles medicinę si recipiantur per vnam septimanam continuo perditur earum operatio medi-

cinalis, & non apparebit in eis, deinde manifestus effectus. Et propter hoc bonum est transferri de medicina in medicinā, & relicta prima medicina per dies aliquos, tunc poteris redire ad ipsam. ¶ Qui autem signauit de diminutione coitus prçter consuetudinem, sic faciendum est, quoniam maxima resultat vtilitas in eius dimissione. ¶ Balneum quandoqꝫ non est renuendum aliquo modo, non in tempore coitus, non in tempore quietis, et quod sumpsit secundum consuetudinem bonus et perfectus. Probatio vero huius est, quia fumi melancolici non molestāt cerebrum, nec alterant eius modum sed molestant cor tantum. ¶ Eius vero quod sentit dominus debilitatis post saporem id est exercitium, causa huius est dimissio et interpollatio. Nā si gradatim rediret ad ipm paulatim percipiet in fine eius fortitudinē et lçtitiā, quç solent resultare post quodlibet exercitiū debite rectū. Et sic est finis horū tractatuum.

FINIS

Augustæ Vindelicorum. Anno virginei partus. M.D.XVIII. die. ix Iulii.

tez lieux ...
rre d'aoust, comme aussy sera
uict desduction audict hutte de ce
mina qui proviendront de la bente
a gaina bestiaux et meubles sur
y saisies a des la bouvages fumages,
a ssons Semaines faictes par ledict
utte sur les biens de ladicte veuve
xpeaux Le tout suivant lestimation
ui en sera faicte par la bouvenor
qu'iclles parties conviendront,
par devant nous sinon en sera par
nous nomme doffice. Ce faisant
avons descharge et descharges
ledict hutte de la jouissance de
ladicte veuve a l'advenir Et comme
audict sieur le Noir audict nom de
disposer diceluy presentement par
nouveau bail ou autrement ainsy
qu'il advisera a bon estre. Sans
prejudice audict sieur Le Noir d'autre
deub et actions contre ledict hutte